

1716.

1. Beckmeller, Gott. Christianus: De exhortatione, quatenus iure cunctis iste facta dictatur.
2. Berger, Fr. Gulielmus: De incommode ex literatis episcopis. ~~Bilam~~
Capitulo
3. Chladnius, Martinus: De conscientia cautoriata
4. Gruber, Thos. Henr.: De probatio[n]um, quee iurisjurandi declinanti causa suscipiuntur, ambagibus reuulsis et denegantur a probatio[n]e ad iurisjurandum.
5. Gruber, Thos. Henr.: De iure suffraganti principium imperio non infernato non perante
6. Hager, Iohannes: Deunctione regum.
7. Hartmann, Dr. Gottfr.: Cursor iuris seu iurisprudentiae universalis in ictum reditum I. canticis exercitatus I
8. Hornius, Thos. Henr., Collagi Titorum ... Decanus:
(ad Deputacionem solam ... Tuca Costhumii
invita)
9. Hornius, Thos. Henr., Collagi Titorum ... Decanus:

- (ad Reputationem sollemnam. — Thesaurus Raetidianus
innotat.)
10. Hornius, Prop. Hein., Colligez Testorum: — Decanus?
ad Reputationem sollemnam tam. Sigismundi Sufficiet
innotat.
- a
11. Hornius, Prop. Henricus, Colligez Testorum: — decanu:
ad Reputationem sollemnam Coroli Grottofredi
- 11^o Hypothekarii innotas
11^o Horn.
- 12^o =. Hornius, Prop. Henricus: Observations circu
jura Clemensynarum et aliarum collectarum
ecclesiasticarum Templorum et Ecclesiarum pente
costitutio et c. 3 exempl.
13. Hornius, Prop. Henricus: Nco, quod jurem
est circa arbores turbine dejectas (Windruhe)
14. Laerher, Mart. Gott.: De novo phosphore aetheres.

15. Lysius, Polycarp: Animadversiones criticae in
Ephemeris tam literarum in primis hariorum
methodum.
16. Lysius, Polycarp: De origine eructiones
rum ac fuisseos, sed ac fuisseos.
17. Menckes, Gottfr. Ludw.: De testamento judiciale
extra locum iudicii consto
18. Menckes, Gottfr. Ludw.: De favore pauperum
19. Speiser, Christopher Nicolai: An stricta iura
mentorum interpretatione secundam conscientiam
fenerem sit perjurium?
- 19^a Brunnquies, Ferdinand: Lingue Mercurio apud
Graecos sonores... publicae erat formam disperse
stitionis proponit.
20. Veler, Christianus: Ut bene mortificante
21. Wabst, Christopher Gottlob: De prudentia hominum
cetera juxta.

22. Wagner, Gottfried: Scriptores, qui de sua
ipsi vita exposuerunt
23. Werner, Fr. Balduin: Ordinis iuridici... decimus:
Lectori J. J.: (ad regulationem sollemnem
Prussiae invitat)
24. Werner, Fr. Balduin: De fructibus in Trichilia-
nicam impatiens
25. Werner, Fr. Balduin: De vi et efficacia iur-
mentorum in confirmantia causis matrino-
niatis bus
26. Werner, Fr. Balduin: De jure circa honores.
senatorios, senabiles in genere, speciebusque
hexapoltaniis 2 exempl.
27. Werner, Fr. Balduin: De reconnectione ante
partem conventionem in fofo Saxonico insti-
tutu.
- 28.

28;


Wernher, Dr. Buelher: *Uersalio iuridico in aug.,*
qua selectas observationes forenses . . . publice
nentiantes proponit.

29 Wendorfius, Gottlieb: *De polygania*

30. Wizius, Hieronymus: *De Tormori, papae*
Romani, exuvii, his, tumulo deformatis,
ac tantum in Tyberim objectis.

17. Februar 1811
Von der Universität und Professoren
Gesellschaft. Viele Freunde und Freunde aus
verschiedenen Teilen der Welt sind eingekommen und waren
durch die Universität eingeladen. Es wurde
eine Versammlung von 2000 Personen auf dem Platz vor
der Universität gehalten, und es wurde eine
große Menge von Blumen und anderen
Geschenken gesammelt.

18. Februar 1811
Von der Universität und Professoren
Gesellschaft. Viele Freunde und Freunde aus
verschiedenen Teilen der Welt sind eingekommen und waren



AVSPICIIS
SERENISSIMI PRINCIPIS REGI
DOMINI
DN. FRIDERICI AVGUSTI
ELECTOR. SAXON. HEREDIS ETC.
RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI

OBSERVATIONES

CIRCA

IVRA ELEEMOSYNARVM
ET ALIARVM COLLECTARVM
ECCLESIASTICARVM TEMPLORVM
ET BETVLARVM PENTE-
COSTALIVM ETC.

PRAESIDE

CASP. HENRICO HORNIO IC.
POTENTISSIMI REGIS POLON. ET PRINC. ELECTOR. SAXON.
IN SVMMO PROVOCATIONVM SENATV CONSILIARIO,
ORDINIS IVRIDICI ORDINARIO SENIORE ET
h. t. DECANO

IN AUDITORIO ICTORVM

D. XI. IAN. M DCC XVI

DISPVVTATVRVS PROPONIT

CHRISTIANVS HANACK. VITEMBERGA - SAXO.
VITEMBERGAE EX OEFICINA SAMVELIS CREVSIGII.

SERENISSIMI POTENTISSIMI QVE
POLONIARVM REGIS
AC PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIS
IN SENATV
PROVOCATIONVM ET ECCLESIASTICO
PERILLVSTRI ET EMINENTISSIMO
PRAESIDI DOMINO

DOMINO
IOANNI GEORGIO
a PONICKAV

DYNASTAE POHLAE SCHOENBRVNNAE
ET TASCHENDORFI
DOMINOSVO BENIGNISSIMO
ITEMQVE
EIVSDEM

SVMMI SENATVS SACRI CONSILIARIIS ET
ASSESSORIBVS SPLENDIDISSIMIS
VIRIS

MAGNIFICIS SVMME REVERENDIS EXCELLENTISSIMIS
CONSULTISSIMIS AMPLISSIMIS QVE
DOMINIS AC MAECENATIBVS SVIS PERPETVO COLENDIS

PIETATIS SVMMAE DEMISSISSIMI QVE ANIMI
TESTIFICANDI CAVSA

DISPUTATIONEM HANC
DAT DICAT DEDICAT

CHRISTIANVS HANACK. VITEMBERGA-SAXO

CAPVT I.

I.

Num, et quatenus eleemosynae imperari possint; aut collectae indici, in usum ministrorum ecclesiae, et scholarum?

II.

Vtrum propter basce causas pars hereditatum, et legatorum etc. aerariis pīs vindicari possit?



Rinceps erat pius, et sapiens, qui
consilia, de orphanotrophio in-
stituendo, agitabat; atque, inter
alia, quae instituti huic inser-
uire debebant, hoc uolebat, ut,
per certos annos, illi, qui fan-
guine iuncti, cognatis e latere
succederent; uel extranei, qui
ex testamento, uel alia ultima uoluntate, bona alte-
rius, uel omnia, uel partem, caperent, uiceffimam
lucri huius ad aerarium hocce pium deferrent. Pla-
cuit tamen postea, semissem huius uicesimae, orpha-
notrophio relinquī, residuum uero ecclesiae tribui
illi, ubi defunctus obierat, quo salario ministrorum,
quae tenuia satis esse, persentiebat Princeps, ex hac

A

acces-

- accessione augeri possent, aliae ratione subueniri necessitatibus ecclesiarum. Contigit uero, sacerdotem in pago mori, sine liberis, qui, mortis causa, omnia bona donauerat uxori. Haec autem, cum uiceffima peteretur, iubereturque, ut indicem iustum exhiberet bonorum mariti, uel iurato ea indicaret, quam maxime restitit, noluitque iussibus hisce obtemperare. Parum uero aberat, quin impietatis, pias causas, uel illam ipsam legem, quae istis prospiciebat, argueret. Namque dicebat, eleemosynam peti; illud uero eleemosynarum nomen haud mereri, quod non detur sponte, sed ab intuito extorqueatur. Addebat, credibile haud esse, legislatorem, si maxime lex talis condi potuisset, uiduas, et ministrorum ecclesiae quidem, personas quippe miseras, ac omni fano dignas huic oneri obnoxias esse uoluisse, sed ueri omnino simile esse, eas immunitate hac parte gaudere sua debere: cum etiam illis in locis, ubi ius gabellae, uel detractus, usu receptum, sacerdotes eorumque uiduae, exemptione ab eo ubique fruan-
4. tur. Videbatur etiam Iuris Canonici regula ipsi faci-
nere, quae non uult, a clericis decimari: quod fieri dicebat patronus uiduae, si uel orphanotrophium, uel etiam ecclesia illa cui praefuerat defunctus, uiceffimam, uel semissimam, ex eius bonis, post
5. mortem, exigere uellet. Evidem, quod ad eleemosynas attinet, praecepta de diligendis omnibus illis, quos inter, et nos, cognitionem quandam natura constituit, et pro utilitate promouenda eorum, quae recta ratio, tum uerbum diuinum reuelatum nos docent, exigunt, ut ex eo, quod affluit opibus nostris, alio-

lio rum sustineamus necessitates. Verum , ut ini-
uici queamus compelli ad misericordiam exercen-
dam , et praestaendas eleemosynas , id neque recta
ratio , et ex hac nata custodia aequalitatis inter homi-
nes , nec diuinum ius posituum postulat : quod , potius
uoluntariam exigit largitionem , et promptitudinem
uoluntatis , sine omni coactione . id quod ex uariis ss.
Pandectarum locis , *Act. V. 4. 2. Cor. VIII. II. 18. Cap. IX. 7.*
satis apparet . Quorsum etiam dicta pertinent apud 7.
Siracidem , XIX. 15. XXXV. II. quorum sententiam
his uerbis comprehendit THEODORICVS , in di-
scursu de eleemosynis , quæst. 2. p. 43. So ist der Unter-
scheid in acht zu nehmen unter der Nothwendigkeit des Ges-
bots / und des Zwanges . Almosen geben und Steuern / sind
nothwendig / wegen des Göttliche Geboths / aber nicht wegen
des Nothwangs . Denn / was man denen armen giebt und
steuert / das soll man zwar geben nicht gezwungen / noch ge-
drungen / mit unwilligen / und wiedrigen Gemüthe . Quin et 8.
iam nec nomen beneficij meretur , quod ab iniuito
extortum , ac duro , uel ab eo profectum , utpote quod
instar panis est lapidosi , quem ab esuriente accipi qui-
dem , necesse est , comedи autem , acerbum , et mole-
stum , ut SENECA loquitur , *I. 7. de Beneficiis* . Quibus
de causis plerique etiam agnoscunt , obligationem ad
eleemosynas ad illud esse genus referendam , quod
aptitudo dici solet , atque imperfectas continet , ac
minus plenas . Grotius , de I. B. et P. I. 1. 7. quamvis 9.
casum excipient summae necessitatis , ubi is , qui officium
postulat humanitatis , absque eius fruitione est
periturus , nec aequo ab aliis hominibus , quae deside-
rat , consequi potest , illeque , a quo quid petitur , non est in
A 2 pari

- pari necessitate constitutus. D. THOMASIVS, *Jurispr.*
- 10. diu. II, 6. 21.** Sane leges nostrae, etiam ecclesiasticae, quando, eleemosynas colligi, uolunt, non iubent, ut per uim coactiuam exigantur, sed, ut rectores ecclesiarum, uel alii, ad quos ea res pertinet, monent, et hortentur auditores, et parochianos, ut liberaliter stipem afferant. Patet id ex Sax. gener. Art. 34. §. Zum ersten et, zum andern sqq. ubi inter alia haec habentur. Zum ersten sollen alle Sonn- und Feier-Tage in der Kirchen / wenn die Gemeine bei einander/ das Almosen iedes Orts mit den Säcklein gesammlet/ und die Zuhörer durch die Pfarrer und Kirchen-Diener vermahnet werden/ daß niemand mit leeren Händen ohne eine Gottes-Gabe/ vor dem Herrn erscheine. It. Zum Siebenden / sollen die Pfarrer und Kirchen-Diener / Kranke / und besonders reiche und vernögende Leute / mit guten Glimpf und Bescheidenheit vermahnen / daß sie/ zu Unterhaltung der Armen / von ihrer Verlassenschaft etwas verordnen wollen. Quales adhortationes in reliquis s.s. articuli illius repertuntur. Haec tamen non efficiunt, quo minus in republica summae potestati lieceat adigere quoque subiectos sibi, ut eleemosynas praestent, et misericordiam exerceant, si seil. per omissionem misericordiae, statui politico damnum inferatur, e. c. si egenis, qui adhuc reipubl. operas utiles praestare possunt, aut fame pereundum, aut necessitas immineat, ut solum uertant, relicts patriis focus; uel metuendum, ne fames ad seditiones eos compellat, uel alia mala, quae toti ciuitati sint noxia;
- 12.** orientur. Quorsum etiam pertinet casus, si orphani, parentibus destituti, deserantur, et ita succrescant, ut damno sint aliquando, non commodo, reipublicae; nec ophanotrophia adsint, in quibus pietati, et disciplinae astuescere queant. *Quibus et similibus casibus,*

bus, non dubito, quin rector ciuitatis imperare possit, ut ditiores in hunc usum aliquid conferant ex bonis, quibus abundant: atque, si hoc factum, non naturalis solum, eaque imperfecta, sed perfecta etiam, imo etiam ciuilis, obligatio nascitur, ad ea praestantia, quae superior exigit. Facile tamen largior, prae- 13.
 stationem istam non esse eleemosynam, si in notione exquisita hanc uocem accipias, sed contributionem, quam alioquin magistratus summus, necessitate publica id exigente, indicere potest. Latius hoc argumentum exudit FRANZK. *Resol. II.*, 7. cui iungendus ZIEGL. *ad Grot. II.*, 20. §. 20. Minus dubii habet, quod 14.
 princeps compellere possit subditos, ut ea conferant, quae ad sustentationem illorum, qui eos instruunt doctrina coelesti, requiruntur, si sponte id non fiat, prout a Christianis primis, ecclesiae primae temporibus, factum, legimus. Quod, secundum rectam rationem non tantum est aequum, sed iustum etiam, et necessarium. Postulat nempe ius et fas, ex aequali- 15.
 tate inter homines ortum, ut illi, qui pro communi utilitate laborant, et aliis, ac ita quidem, inseruiunt, ut suis rebus, si recte omnia et ordine sint peragenda, supereesse non possint, remuneratione quadam officiorum gaudent: quae si deficiat, unum horum futurum est, ut, dum aliunde sibi prospicere coguntur, uel deserant munus, aut oscitantes faltem eo defungantur, uel fame pereant plane, aut misere uiuant, segnesque, et inepti ad rem concreditam peragendam, fiant. Inculcant haec, non tantum MOSES, *Deut. XXV*, 4. 16.
 sed ipse etiam CHRISTVS, *Matth. X.*, 10. ibi: dignus est operarius cibo suo, et APOSTOLVS, *i. Timoth. V.*, 18.

A 3

i. Cor-

1. *Corinth. IX, 7. sqq. et 13. 14.* ubi egregie vindicat ius doctorum ecclesiae exigendi stipendia ab auditoribus: quamuis se se, aliosque Apostolos, eo interdum non esse usos, apud Corinthios suos 2. *Corinth. XI, 7. et XII, 14. 16.* item, apud Thessalonicenses, posterioris epistolaem III, 8. sqq., iuste glorietur; atque, ne petitione necessariorum, tenellis Christianis oneri, aut offenditioni esset, quod sedulo euitabat, opificio suo quaequierit ui-
 17. ctum. conf. *Act. XXIX, 3. XX, 33. 34.* Nouimus, homines fanaticos, qui ministerio ecclesiastico male cu-
 piunt, illudque salario carere, imo, ex ecclesia eiectum, mallent, uerbo Christi abuti, quod *Mattb. X, 8.* legitur: *gratuito accepisti, gratuito date.* Quod tamen non eo pertinet, quasi nefas sit, ecclesiarum ministros, pro labore suo, accipere salario. Nam ipse etiam Seruator paullo post enuntiat: *dignum esse operarium cibo suo.* Sed, quemadmodum de miraculis illic egit Christus; ita secundum hanc subjacentem materiam, ipsum hoc uelle, satis appetet, ne Apostoli dona miraculorum, seu miracula ipsa, et beneficia Christi, gratiam DEI, remissionem peccatorum, uendant aere, aut tanquam uenalia prostituant. Id, quod cum HVNNIO, ad istum locum, alii nostrates fusius ex-
 18. plicare solent. Haec cum ita sint, nemo negabit, ad officium boni Principis pertinere, ut curas suas eo pro-
 tendat, quo tum pauperibus, tum etiam salariis mi-
 19. nistrorum ecclesiae consulatur. Faciunt hoc Imperatores, L. 12. §. 2. C. de SS. Eccles., ubi. Et, quia hu-
 manitatis nostraræ est, egenis prospicere, ac dare operam, ut pauperibus alimenta non desint, salario etiam, quae sacro sanctis ecclesiis, in diuersis speciebus, de publico hactenus mini-

*ministrata sunt, iubemus, nunc quoque inconcussa, et a
nullo prorsus imminuta, praestari, liberalitatique huic
promptissimae perpetuam tribuimus firmatatem. conf. Art.
gen. Sax. XXIV, et XXXIV.*

Idem porro dicendum, si quaestio sit de collatione sumptuum necessariorum, ad exstruendas, conservandas, aut restaurandas aedes sacras, et ecclesiasticas. Qui enim finem volunt, ut nempe, in coetum, qui ecclesia dicitur, coire, uerbum diuinum audire, et cultu Dei externo defungi rite queant; subsidia etiam curare debent, quibus finis ille commode potest obtineri. Legimus, ^{21.} DEVM a populo Iudaico exegisse, ut, ad exstructio-
nem, et ornatum sanctuarii necessaria conferret, Exodi
XXXV, 6. XXXVI, 2. quae res, in usum, iussu Regum, deduc-
ta etiam est, postquam templum Solymae extructum,
atque eius instaurazione opus fuit. II, Reg. XII, et XXII, 1.
Chronic. XXX, 5. sgg. conf. Habacuc. I, Esdra II, 69. quamuis cuiuslibet libero arbitrio, quantum largiri uellet, relinquatur,
illique praecipuam laudem promererentur, qui-
liberalitatem spontaneam luculentius preeferrent.
His positis, illum utique scil. qui potestate summa pollet, lege iubere posse, ut ex bonis subiectorum
aliquid impendatur, in usum pauperum, orphano-
rum, uel sustentationem ecclesiae ministrorum, aedi-
ficiorumque ad cultum diuinum externum necessa-
riorum: nullum dubium est, determinationem modi,
quo id fieri debet, a voluntate etiam legislatoris pendere.
Quo quidem loco illud quaeri potest: num ista ratio, ^{22.}
quam sub initio indicauimus, iure aequitateque innita-
tur? Namque iniquum uidetur, non omnes, sed pau-
cos, huncque, uel istum solum, onus hoc sentire, pri-
uarique

- uarique aliquem rebus suis , saltem facultate libera de illis disponendi; plures autem ab eo onere esse immunes. Fatemur, par esse, onus commune sentire omnes; sed non necesse est prorsus, ut omnes simul 25. actu id sentiant: sufficit, omnes id sentire posse. Neque adeo graue hoc onus esse potest illis, qui ex hereditate, sibi delata, nihilominus tamen inligne capiunt commodum. Illi, qui bona relinquunt, nihil decedit; ad quem uero bona ista, post mortem illius, deuoluuntur, ille, eo uiuo nullum ius, perfecte quaeſitum in his bonis habuit, adeoque de iure sibi adempto queri haud 26. potest. Dispositio libera quidem quodammodo illi adimitur, qui bona alii relinquit. Sed facultatem illam de bonis, post mortem suis disponendi, lege circumscribi posse, ignotum haud est. Quod non adeo aegre ferre debet is, qui non illis, quibus uitam debet, uel dedit, sed uel a latere ſolum iunctis, uel extraneis plane, bona ſeruat, qui plerumque hilares, et laeti mortem expectant, et hereditatem adipiscuntur. Minus uero subditis graue, et iniuifum hoc, quicquid est oneris, uideri, aut esse, potest; si non perpetuum, fed temporarium modo fit. Neque uero destituitur 27. haec res exemplis. Nota est *Lex Iulia, Auguſti* fere extrema aetate lata, quae *uicesimalis* dicta est; quod hereditatis, testamento relictæ, partem uicesimam fisco uindicaret, exceptis liberis tenuioris conditionis, et agnatis. Quam quidem rem, quia grauis ciuibus uidebatur, Imperatores varie ſunt moderati. Confirmauit quidem illam D. ADRIANVS edicto ſuo; fed ſustulit id poſtea, cum uectigali illo uicesimae IVSTI 28. NIANVS, L. 3. C. de Edict. D. ADRIAN. toll. Similiter

liter *L. Papia Poppaea*, iisdem lata temporibus, ac *Iulia*
 uicesimalis, uariis casibus diminuit hereditates in *gra-*
tiam fisci, qui ex traditis *Dd. ad Tit. C. de caduc. tollend.*
 cognosci possunt. Quae quidem lex postea prudenti-
 bus displicere coepit, et constitutione *Iustiniani* peni-
 tus sublata est. conf. *Ant. AVGUSTINVS*, de
LL. et S. C. p. iii. Itaque illud, quod de eleemosynis 29.
 obuerterat uidua nostra, haud ei prodesse poterat.
 Nihilo etiam maioris momenti reliquae allegatio-
 nes uidebantur esse. Namque lex ad omnes per-
 tinebat subditos, nec quenquam excipiebat; arque
 adeo nemo poterat dicere, uiduas, et sacerdotum qui-
 dem, ex aliena hereditate commodum percipientes,
 exclusas esse. Tum etiam prituilegium ordinis cleri- 30.
 corum, et relictarum ab ipsis uxorum, propter detrac-
 tum, localibus statutis plerumque introductum, com-
 petens, quod usus constans illis tribuit, *MULLERVS*
Resol. VI. pract. March. ill. D. BERGER D. T. T. LI, obf. I,
p. 163. illud efficere non potest, ut uidua, quae heres
 mariti legitima non est, sed extranea habetur, per ultimam
 tamen uoluntatem omnia eius bona lucratur, pri-
 uilegio gaudeat, qua exemptionem consequatur ab one-
 re, lege imposito in piarum causarum fauorem. Regu-
 la uero ista, quae clericu[m] haud permittit, ut clericum
 decimet, bona priuata clericorum, uel eorum uidua-
 rum, ab onere non eximit ex lege imposito, et inhae- 31.
 rente, prout fusius dictum in *Dissert. de Cler. cleric. non*
decim. Responsum ergo est quaerenti, iustam petitio-
 nem illius uiduae non esse. Non ingratum erit B. L.
 si responsum, quod datum est, hic subiiciatur.

B

HAT

Hat ein gewisser Landes Fürst einen gnädigsten Befehl in seinen Landen ausgehen lassen / daß / ~~et~~ einige Jahre von allodial-Erb schaffen / welche auff collateral-Erben fallen / oder durch letzte Willen an dieselbe / oder extraneos , kommen / ein gewisses dem Waysen-Hause / welches Sr. Hochfürstl. Durchl. in ihrer Residenz-Stadt auffrichten und vollig zu Stande bringen lassen / und zwar von jeden Hundert s. fl. zugewendet werden solle / welches nachgehends dahin der gefallt temperiren worden / daß dieses quantum nur halb dem Waysen-Hause / die andere helfste aber der Kirche des Orts / an welchem der Todes-Fall sich begeben / zu überlassen. Nachdem nun Meuius , ein Dorff-Priester / so in sothanem Lande einige von Adel zu seinen Kirchen-Patronen recognosciret / umlangsten ohne Kinder verstorben / und per donationem omnium bonorum , mortis causa reciprocum , seiner hinterlassn Wittbe / Caiae , sein sämtliches Vermögen zu gewendet / hat die Fürstliche Regierung / dem Adelichen Gerichts-Vorwalther / über berührt Verlassenschaft ein Inuentarium auff zurichten / anbefohlen / dahingegen die Caia , als der Gerichtshalter sich deshalbey bey ihr gemeldet / hierwieder protestiret / und will dahero / ob von ihr dergl. praestacion a f. von 100. auch zu solchem Ende ein Inuentarium , oder eydl. Specification , gefordert werden könne ? Des Rechten berichtet seyn / nach mehrem Innthalte des Uns zugeschickten Berichts / und der Beylagen.

Wann nun gleich angeführt wird / wie dasselige / so zu milden Sachen / oder eleemosynis , angewendet werden soll / auf einer Freywilligkeit bestehen müsse / hierzu aber kein Zwang zu gebrauchen / weniger deshalbey jemanden sein ius quae situm zu entziehen / und / da gleich eine rechtliche Verordnung diesfalls gemacht werden könne / oder gemacht worden / dennoch der Legislator mit dergleichen onere die Priester-Wittben / als personas miserabiles , welchen er selbsten aus dem Priester-Wittben-Kasten etwas gewisses reichen ließe / allem Vermuth them

them nach / nicht beschweret wissen wollen / gestallt denn auch nicht unbekant / daß an denen Orten / wo das ius detractus eingeführet / die Priester und deren Wittben damit nicht zu belegen /

Hierüber der Caias die bekante canonische Regel , ex capit. I. X. de Decimis, Quod clericus clericum non de cimet , zu statten zu kommen scheinet / nach welcher weder das Waysen - Haus / noch weniger die Kirche / bey welcher der defunctus die curam animarum gehabt / etwas von dessen Vermögen / oder der Wittben / dem Ansehen nach / zu fordern befugt allenfalls / und wenn ja die Caia dergleichen praestando sich unterwerfen müste / selbige doch mit einem Inventario , oder endlichen Specification , verschonet seyn will / und in denen Gedanken steht / daß eine gewissenhafte Anzeigung des Vermögens vor zulänglichen zuachten.

Dennoch aber / und dieweil der hohen Landes Obrigkeit Krafft der ihr zustehenden legislatoriae potestatis , nach einer ieden Landes Verfassung / Gesetze zumachen unverwehret / diesem nach derselben auch dergleichen Verordnungen / daß / zu Beförderung des Kirchen - Besens und guter Erziehung der verwayeten Jugend / von denen bonis , so jemand aus Erbschaften und letzten Willen künftig erlangen können / und daran er zur Zeit dieses promulgirten Gesetzes noch kein ius quae situm , sondern nur quaerendum , gehabt / zur Zeit des Anfalls etwas geswisses beytrage / zu machen unbenommen / immassen denn vormahls bey denen Römern , per L. Papiam , und anderen dergleichen Abzüge von denen hereditatibus üblich gewesen / wovon die Rechts - Gelehrten ad Tit. C. de caduc. toll. und anders wo zu handeln pflegen / welchen Constitutionibus , wenn solche sonst ihre Richtigkeit haben / billig nachzugehen / und darwieder keine exception , im Fall solche Darinnen entweder ausdrücklich / oder in sententia eius nicht enthalten / zuverstatthen / gestallt denn insonderheit in gegenwärtigen Fällen weil die Priester - Wittben / wie alle andere viduae , aufs gewisse

wisse Massen pro personis miserabilibus gehalten werden / eine exception, so wenig als dahero / daß die Priester-Wittben gewisse beneficia geniessen / genommen werden kann / in mehrern Erwegung / daß eine solche Wittbe welche eigentlich des Mannes Erbin ab intestato nicht ist / wenn sie ex pacto, oder ultima voluntate alle des Mannes bona bekommt / nicht in damno, sondern in lucro, uersiret / daſjenige auch / was wegen der wieder das / insgemein durch local statuta eingeführte odiole ius detractus habenden exemption, ratione der Geistlichen Wittben/ angeführt worden / nicht so fort auff obangezogenen / wegen des Wayßen Hauses und der Kirche / et sic in fauorem piarum caularum angeordneten / Abzug zu ziehen / dann das cap. I. X. de Decim. die bona priuata clericorum, uel eorum uiduarum, ab onere, ex lege inhaerente, keinesweges eximiret.

Diesemnach angezogenes Capitul anhero nicht zu applizieren / Endlich Derjenige / so aus eines andern Verlassenschaft einen gewissen Antheil zu fordern hat / von dem / so sich derselben angemasset / ein Inventarium, oder eydliche Specification, zu fordern allerdings berechtiget /

So erscheinet daraus allenthalben so viel / daß Caia von ihres Mannes Verlassenschaft s. pro 100. zu obgedachten Behuff / zu geben / zu folchen Ende auch über selbige ein Inventarium, oder eydliche Specification, zu ediren / sich nicht entbrechen mag.

CAP. II.

I.

Modum collectarum, in usum ecclesiae, et pauperum publica autoritate praeceptum, priuato ausu immutari non posse.

II.

II.

De genere oblationum per sacculum sonantem.

Eleemosynarum, uel omnis illius, quicquid confendum erat, ex quo ministri uerbi, et frates egeni subleuabantur, indicio, in prima ecclesia, communii suffragio decernebatur: directio tamen penes potestatem Apostolicam erat, atque ab Apostolis, ubi ipsi rebus hisce praefesse non poterant, Episcopis, et Presbyteris relinquebatur, *Acto. XI, 29.*
Roman. XV, 26. 1. Corinth. cap. ult. u. 1. Quod etiam hodie fieri solet, ubi ecclesiae priuatae sunt, atque presfae, quae priuato suo arbitrio reguntur, in quantum non impediuntur a summa potestate. Postquam autem Episcopi ὑπεροχὴν quandam, intuitu aliorum ecclesiae ministrorum, nacti sunt; curam hancce ad se potissimum pertinere, existimarunt. Quoniam uero actiones ciuium, et subditorum omnes subiacent τῷ νόμῳ habentis arbitrio; nec illae, quae circa hanc rem occupantur, poterunt excludi. Itaque suprema directio huius negotii pertinet ad illum, qui uel maiestate, uel territoriali potestate, gaudet, qui aliis committere potest, et solet eius exercitium, et illic maxime, quibus alias subordinata cura negotiorum, sacrorum, et profanorum, data est, atque concessa. qua de re alibi fusus agitur. Hoc loco solum monere 4.
 uisum est, ex illis, quae diximus, sequi, iis in locis, ubi certus modus eleemosynas, uel pecuniam ad sacrum usum necessariam, colligendi per leges publicas, est

B 3

con-

- constitutus, non esse in priuati hominis, nec etiam inferioris magistratus, arbitrio, illum immutare. Genus illud oblationum, uel collectarum ab antiquo receptum est in ecclesiis, quod fit per sacculum sonantem; quamvis incertum sit, quo tempore usus huius sacculi cooperit, qua de re sollicitus est celeb. D. WILDVOGELIVS, in *Dissert. de Oblationibus, quac-*
5. *funt per sacculum sonantem, Cap. II.* Hodie uero institutum hocce passim per leges publicas comprobatum est: quorsum pertinet *Articulus gener. Saxon.* D. *AVGVSTI* 34. §. Zum ersten soll alle Sonn- und Feyer-Tage in der Kirchen/ wenn die Gemeinde bey einander / das Almosen jedes Orts mit den Säcklein gesammlet / und die Zuhörer durch die Pfarrer und Kirchen-Diener vermahnet werden/ das niemand mit leeren Händen/ und ohne eine Gottes Gabe / vor dem Herrn erscheine Synod. Decret. de anno 1024. §. Es sollen auch die Birch-Väter mit den Cymbel-Säcklein alle Sonn- und Feyer-Tage / das almosen mit Fleiss sammeln und berechnen: quod repetitum est
6. §. 78. *Decret. general. reuis.* Vbi itaque hic modus colligendi receptus est, ibi nec a parochianis, imo, nec a parocho, nec patrono, nec a magistratu inferiori, inscio et haud assentiente superiore, inuerti,
7. uel immutari, potest. Ausus illud est Nobilis quidam, magistratus loci, non tamen ecclesiae patronus, sed parochianus solum, nolens nummos suos iniicere in sacculum sonantem, sed in subselliis suis pyxidem ponens, in quam et ipse, et sui, aliisque,
8. qui illuc forte ueniebant, iniicerent eleemosynas. Pastor uero loci, Nobili huic haud assentiens, rem ad Consistorium deferebat, quod improbabat, ob causas,

fas, quas dixi, illud nobilis institutum ; praesertim ,
 cum rustici ex eo scandalum caperent, nihilque am-
 plius in faccum iniicerent, nec nobilem id facere,
 existimantes. Evidem hic causabatur, plus inferri in 9.
 pyxidem, quam faccum, si per eum collectio fieret;
 illuc etiam pertinere istud institutum , ut eo certior
 sit, quid colligatur, et quam in rem id postea impenda-
 tur. At non uidebatur, haec tanti esse, ut ideo ab
 institutis recedendum legibus comprobato mandato-
 que : monebaturque Nobilis, ut , quicquid uisum ,
 iniiceret in faccum, de reliquo liberalitatem erga
 ecclesiam et pauperes , etiam per pyxidem, uel alia
 ratione , exerceret ; quem securum alioquin redde-
 re poterant a periculo male impensorum nummo-
 rum rationes ecclesiasticae , a quibus, tanquam ma-
 gistratus parochianus , exclusus haud est. Non 10.
 desunt , quibus hic modus colligendi displicet ; quod,
 dum, inter sermones sacros , singuli adeuntur , tem-
 plumque cymbalis personat, tum illi , qui uerba ad
 populum facit , molestus fit, tum etiam attentior
 uerbi divini auscultatio turbetur apud auditores , at-
 que illi etiam , quibus nihil est in marsupio , pudefi-
 ant. Quam ob causam commodior mos ecclesi-
 rum reformatarum in Gallia olim , et hodieque in Bel-
 gio, et alibi, uidetur, ubi, finitis sacris, ad ostium tem-
 pli unus, uel duo astant, atque exeentes monent, ut
 pauperum recordentur, pecuniolasque , uafculo , uel
 cistulae innectas, ab offerentibus accipiunt. Verum, 11.
 ubi homines iam assueti sunt huic rei , non puto, il-
 lud incommodum adeo magnum esse. Nec habent ,
 quod querantur illi , qui nihil in marsupio habent :
 sibi

- sibi namque imputent, quod non cogitauerint de obulo saltem in usum pium conferendo. Quin etiam, hac ipsa ratione, excitantur homines, ut soliciti sint, quo etiam haec officiola Christianae charitatis ex-
 12. pleant. *Marc. XII, 43.* Ceterum hanc rem ad eas per-
 tinere, quae, adiaphora plane sunt, nemo negabit, et
 ideo admitti, retineri, uel tolli, posse, prout e re uisum
 est illis, penes quos stat, de hisce judicium ferre. D.
 13. WILDVOGEL. d. l. c. 6. §. 8. Moribus nostris,
 collectio ista fieri solet per administratores redditum
 ecclesiasticorum, Kirch-Väter / Kirchen-Vor-
 steher / Altar-Leute / uel etiam per aedituos, inter-
 dum quoque per alios, Cymbel-Säckler / Säckel-
 träger / Kling-Säckler D. WILDVOGEL. d. l. §.
 14. §. 1. 2. Est tamen etiam, ubi hoc officium, tanquam
 onus, certis fundis inheret, ita, ut possessores illo-
 rum oporteat eo munere defungi. Quia de re lis
 non ita pridem perorata est in Consistorio Vitem-
 bergensi, quae uertebatur inter Christianum Beatum
 Kenzelmannum, Pastorem Trebizensem, et heredes
 Iohannis Hildebrandi, ecclesiae istius dotalis.

CAP. III.

I.

*Vtrum Ecclesia, uel Templum sit, ubi
 non omnes species cultus diuini publici per-
 aguntur?*

1. **P**rimis temporibus, et seculis Christianismi fide-
 les aedibus destituebantur, diuino cultui publico

consecratis , sacraque sua in locis priuatis , et occulis , propter persecutiones , quas patiebantur , peragebant . Data illis , circa medium seculi III , haec facultas , ut , in dormitoriois martyrum , aut coemeteriorum , ubi interdum , si poterant , conueniebant , liceret oratoria aedificare . Sub Constantino uero M . maiores aedes , cultus publici causa , exstruere concessum est , quibus tamen , ut ex multis Patrum , ac Codicis utriusque , monumentis constat , nomen templorum impertiri non placuit , quod paganorum delubra , et fana illud gererent . Maluerunt uero Christiani , Ecclesiae nomen , quod , nativa sua ui , ipsum coetum , qui in aedibus hisce congregatur , significat , illis tribuere , uel , ut de aliis appellationibus nihil dicam , uogancias , seu dominicas , sive etiam basilicas , eas dicere , qua de re consuli possunt HILDEBRAND . de Sacr . Veter . Ecclesiae , HOSPINIANVS , de orig . Templorum , QVENSTEDIVS , Antiquit . Biblic . Cap . 9 . n . 2 . § . 3 . sqq . LINCK . de Iure Templ . c . 1 . Cooperunt tamen postea etiam Christiani nomen templorum usurpare , quod sub THEODO- SIO iuniore iam factum esse , ex L . 4 . Cod . Theodos . et L . 3 . C . Inflin . de his , qui ad eccl . discimus ; id quod , in hunc diem , usus , apud nos quoque constans , seruat . Quicquid autem sit de nomine huius loci , de quo 3 . nunc est quaestio , inter omnes conuenit , formalem rationem illius hanc esse , ut cultus publicus diuinus in eo instituatur , uel explicatus ut dicam , ut in eo publice , et palam conueniant Christiani ad uerbum diuinum audiendum , sacramenta percipienda , precesque ad DEVVM fundendas . CARPZ . L . 2 . I . Eccl .

C

D . 339 .

4. D. 339. LINCK. d. l. C. 1. n. 38. Qua parte quaeritur: an illae aedes, ecclesiae uel templi nomen mereantur, in quibus non omnes partes cultus diuini ordinarie peraguntur? Dedit occasionem de hac re di-
5. sceptandi sequens species. Disposuerat non nemo inter alia, dum ultimam uoluntatem edicebat, hunc in modum:

Solte auch die so genannte Marien Kirche wieder auffgebauet / und darinnen Predigt und Gottes-Dienst gehalten werden: So will ich zu solcher Kirche gleichfalls ein tausend Gulden legiren / und vermachen / welche aber meine Erben eher nicht / als bis der Grund geleget / und das Mauer-Werk völlig gehoben / zu zahlen schuldig seyn sollen. Contingebat uero, ut illi, quibus cura incumbebat instaurandi templum hocce Marianum, hac de re cogitarent, manumque admouerent operi, et ideo legatum pet-

6. rent. Heredibus hoc displicebat, negabantque conditionem extitisse, legato a scriptam. Namque dicebant, aedes hasce sacras in huncce finem saltem restitui in pristinum statum, ut conciones funebres, laudationesque, ac parentationes defunctorum ibidem haberentur, nec quotidie sermones ad populum, nec omnibus diebus sacris, ibi fieri, neque etiam sacramenta administrari debere: laudationes uero, et parentationes istas ad cultum diuinum non spectare, sed rem esse ciuilem; imo, ne illationem quidem corporum demortuorum templi essentiam constituere, aut ad res ecclesiasticas, uel cultum diuinum, pertinere; quin potius defunctorum cadauera rectius alio in loco, quam in templo, sepeliri, sive dici non posse, omnibus partibus con-
- stan-

stantem cultum diuinum ibi celebrari, adeoque nec
aedes istas ecclesiae, uel templi mereri nomen. Ob 7.
hanc itaque causam orta quaestio est: num id euene-
rit, propter quod obtemperandum esset uoluntati, et
iussui testatoris defuncti? quae quidem quaestio ab alia,
ista nempe, quam diximus, pendet: num sc. templum
sit, uel ecclesia, ubi non omnes partes cultus diuinū
celebrantur; uel, an pro templo habendum sit, ubi
conciones solum habentur funebres? Sane ad for- 8.
malem templi rationem utique, ut diximus, perti-
nent, ut cultus DEI publicus in eo instituatur; ut omnes
tamen species cultus publici ibidem celebrentur, id ne-
cessarium esse, nec legimus, nec credimus. Dantur
scil. ecclesiae non baptismales, in quibus nulla sunt
baptisteria, et nemo baptizatur: et nihilo minus ta-
men illae non baptismales, etiam, iure, quo utimur,
ecclesiae sunt, et dicuntur. C. LIV, C. 16. Q. I, AV-
GVSTIN. BARBOSA, de Iur. Eccles. L. 2. c. 1. n. 26.
LINCK. de Iur. templ. C. I, §. 48. Dantur etiam eccl- 9.
esiae, ubi confessiones non audiuntur, nec sacra coena
dispensatur; et nihilo minus nemo nomen illis tem-
pli, uel ecclesiae, detrahit. Sufficit ergo, si una, et
maxime potissima, cultus diuini species, quae in do-
cendo, et audiendo uerbum diuinum, precibusque ad
DEVM fundendis, consistit, i. Corinth. XIV, 3. Actor. XIII,
2, 3. Schilt. Inst. I. E. II, t. 18. 25. in aedibus his reperiatur,
neque opus est, ut quotidie, uel die qualibet dominica,
id fiat; sed satis est, aliquando, quoties occasio fert,
cultum illum deduci in usum. Atque nec plura etiam
in casu praesenti requisiuerat uoluntas testatoris, quam,
ut sermones sacrae in templo restaurato haberentur,

10. utque cultus diuinus in eo iustitueretur. Postquam itaque apud nos concionum funebrium ea ratio est, ut hymnis, et precibus, expositioneque uerbi diuini, peragantur, quis dicere uellet, cultum diuinum, hac ratione, publice non celebrari? Quibus cum et id accedat, quod legata, propter pias causas reicta, benignae sint accipienda, TIRAQVELL. de priuilegiis piae cause, C. 165. non dubitarunt ICt. nostrates contra heredes respondere, prouti clarius ex sequentibus apparebit. Ceterum quid intersit, secundum LL. Imperii nostri publicas, inter exercitium publicum, et priuatum religionis, atque facultatem domi devotioni sua, libera conscientia, sine inquisitione et turbatione, precandi priuatum, dilucide exponit illuſtr. Autor Meditationum ad Inſtr. Pac. Osh. Art. V, §. 31. p. 522. et §. 34. p. 615.
11. Responsum, cuius meminimus, his uerbis conceputum est.

P. P.

Hatt euer Vetter in seinem letzten willen unter andern folgendes disponiret:

Solte auch die so genante Marien-Kirche wider auffgesauet und darinnen Predigt und Gottes-Dienst gehalten werden: So will ich zu solchen Kirche gleichfalls Ein tausend Gulden legiren/ und vermachen / welche aber meine Erben eher nicht/ als bis der Grund geleget und das Mauer-Werk v̄llig gehoben/ zu zahlen schuldig seyn sollen.

Nachdem nun der Magistrat des Ortes diese Kirche wiez der anbauen laſſet/ will Zweifel aus gewissen Umständen vorfallen/ ob des Testatoris Erben diese legirte 1000. thal. zu bezahlen schuldig.

Wenn

Wenn nun gleich von denen Erben angeführret wird / daß diese Kirche bloß hierzu / daß hierinnen Leichen - Predigten / und Leichen - Abdankungen gehalten / ingleichen darinnen Begräbnisse vor vornehme Leuthe gemacht werden sollen / angeleget / und gewiedmet würde / hingegen das legatum auff dieser condition beruhe / daß es so dann / wenn die Marien-Kirche wieder auffgebauet / und darinnen Predigt und Gottes-Dienst gehalten werde / zu zählen / hieraus aber und sonderlich dem general-Worte / Gottes-Dienst / so viel abzunehmen zu seyn scheinet / daß die species des Gottes-Dienstes / nemlich die Predigten / zumahln nur einerley Art derer Predigten / welche auch nicht wöchentlich / oder täglich / sondern nur bey sich ereignenden Begräbnissen / zu geschehen pflegten / keines weges hierzu gning sey / sondern ordentliche Predigten / und alle Species des Gottes-Dienstes / insonderheit die administration derer Sacramenten / darinnen gehalten werde müsten / in mehrer Erwiegung / daß die Leichen - Abdankungen nicht eben ad speciem cultus diuini gehören / sondern vielmehr zu denen politischen Ceremonien zu rechnen / gestalt denn bekant / daß eine special Expression durch nachfolgende general-Worte extindirt werden könne / und dergleichen einer disposition angehängte conditiones / specifice / und in allen denenjenigen / so darunter begriffen / erfüllt werden müssen.

Dennnoch aber / und dieweil der testator nicht eben von volligem / in allen actibus bestehendem / Gottes-Dienst geredet / sondern sein Abscher nur dahin / wenn Predigt / und Gottes-Dienst gehalten werde / gerichtet / gestalt denn das Exequitum aller specierum cultus diuini ad essentiam einer Kirche nicht gehörte / in Erwiegung daß in vielen Kirchen / sonderlich denenjenigen / welche nicht parochiales sind / nicht Beichte gesessen wird / noch die Sacramenta ausgetheilet werden / diesem nach allerdings davor zu halten / daß die condition durch obgedachte intention zur Existenz / specifice zu

bringen / in Erwegung die Leichen- Predigten auch zum Gottes-Dienst gehören / und bey selbigen / außer ihnen selbst, mit Gesang und Gebeth der cultus diuinus verichtet wird, hierüber dergleichen legata ad pias causas benigne, et pro pia causa, zu interpretiren.

Tiraquell. Priuileg. piae cauf. 16^o.

Und bey selbigen zulänglich / wenn eine conditio adiecta, quoquo modo, erfüllt werde /

Tiraquell. d. l. priuileg. 83, |

Zugeschweigen / daß / wenn eine condition varios actus in sich hält / nicht eben praeclite nöthig / daß alle diese actus erfüllt werden / So erscheinet / daraus allenthalben so viel / daß / wenn oft gedachte Marien-Kirche in dem von dem Testatore erfordernten Stand des Gebäudes gebracht / euers Veters Erben die legirte 1000. fl. zu bezahlen / und / in Verbleibung dessen zu verinteressiren / allerdings verbunden. B.R.W.

CAP. IV.

I.

De festo Pentecostali.

II.

De usu betulae pentecostalis, eiusque abrogatione in Saxonia Electorali.

Intra anniversaria festa, quae DEVS a populo Iudaico celebrari uoluit, secundum fuit quod Schebuoth, et a septuaginta interpretibus σερὴν τῶν ἑβραιῶν, dictum est; cuius institutio, et solennia Exod. XXXIV, 22. Leu. XXIII, 15. sqq. Deut. XVI, 10, habentur, Festum

Festum autem *hebdomadarum* ideo uocabatur, quoniam septem hebdomadae plenae, seu dies XLIX, integri numerandi erant, a II. die Paschatis, seu die altero a primo azymorum. Dies uero proxime 2. sequens hebdomadem septimam, qui erat L, pro solenni festo *septimanarum* habendus erat, ideoque a Graecis festum hoc πεντηκοντή, i. e. quinquagesima scil. dies, dictum. Illud Graecum nomen, Latini, et Germani quoque retinuerunt, quandoquidem ex eo nostrarer uocem Pfingsten efformarunt. In hoc festo offerebantur a Iudeis, ex instituto diuino, primitiae messis, maxime triticeae, iam praeteritae (pro conditione istius climatis, sub quo terra sancta sita) uidelicet panes e recenti frumento, seu primo tritico, confecti. Ex quo etiam *Solennitas messis, Festum messis, it. primitiarum*, dici meruit. Evidem non tantum Rabbinorum, uerum etiam quorundam ecclesiae Patrum, uerusta sententia est, festum hocce a DEO institutum esse, in memoriam legis, die L, a Paschate promulgatae. Sed de hac re nihil legimus in sacro Codice; atque adeo illam sententiam in medio relinquimus, quam confutat B. QVENSTEDIVS noster, *Antiq. Biblic. c. 10. §. 4. p. 841.* Interim ex ea, si Leon. Mutinensi, Rabbino Veneto, opusc. de Ceremon. et Consuet. hod. Iudacorum, P. III, c. 4. §. 3. et Buxtorfo, *Synagog. cap. 15.* credimus, hoc ortum duxit, quod, in memoriam acceptae legis, Iudei domus, plateas, scholas, herbis sternant, fenestrar passim ramis uirentibus, rosis, et aliis floribus, exornent, eo, quod circa montem Sinai omnia uiruerint, quum legem acciperent: quia *Exod. XXXIV, 3. ubi Moyses iubetur*

mon-

- montem descendere, ad accipiendam legem, scribitur: *nec pecus, nec bos pascens, uideatur e regione montis*
5. *huius.* Vnde concludunt, pascua uiridia illic fuisse. Trahere huc solent nonnulli locum ex *Pf. CXVIII*, n. 27. uerbaque Halleluja aurei, quod uocatur, quae Vulgata, LXX sequens, ita interpretatur: *Constituite diem solennem in condensis usque ad cornu altaris;* B. Lutherus uero noster ita uertit: *Schmücket das Fest mit Mäyen/ bis an die Hörner des Altars.* Sed experimur, interpres facros hunc textum ad festum tabernaculorum referre, imo et plane alium sensum illi tribuere, hunc nempe, *ligate festam hostiam funibus usque ad cornua, seu pyramides ipsius altaris (quibus imponi sacrificii sanguis solebat)* QVENTE DIV S Antig. Biblic. C. 10. de temporibus Sacris Ebraeorum, n. 6. GEIERVS ad d. l. *Pf. CXVIII.* KOENIGSMANNVS, de antiquitate, et usu betulae pentecostalis,
6. §. 12. Quicquid uero huius sit, quod oraculorum diuinorum interpretibus discutiendum relinquimus omne, festum illud hebdomadarum, post Christi ascensum ad coelos, apud Christianos uenerabile fecit Spiritus Sancti iamdudum *Ioel. II. n. 28.* promissi aduentus, qui die L, a Paschate Iudaico, quadragesimo uero nono, a resurrectione Domini, super Apostolos uisibiliter, et mirabili ratione, effusus est, *Actor. II.* et ideo dies hicce πυριμαχος ημέρα appellatus est apud Christianos, qui, Spiritui S. sacram illum esse, voluerunt. Festum hocce satis antiquum est, fitque iam eius mentio in Concilio Eliberino, quod ad A. CCCV. refertur, in cuius *Can. XLIII.* poena canonica in contemptores huius festi animaduertunt Patres, illos-

illosque haereses accusant, qui diem Pentecostes quinquefimum sc. non celebrant. In Canone XX, Nicaeni, anno CCCXXV, decernitur, ut stantes DEO orationes persoluant Christiani, non flexis genubus, in diebus Pentecostes. Fit illius quoque mentio apud Scriptores seculi III, TERTVL. Libro III, c. 13. et 24. de Idolatria, et ORIGINEM, Libro VIII, contra Celsum. In L. ult. C. Theodos. de Spectac. constitutio Theodosii et Valentinianni, A. CCCCXXV. promulgata, habetur, qua prohibetur, ne Dominica, Natali, et Epiphaniorum Christi, Paschatis, et Quinquagesimae diebus, spectacula exhibantur. Quanquam non negandum, eodem loco totum illud sparium quinquaginta dierum, vel totum illum temporis decursum, a Paschate ad Pentecosten, quinquagesimam dici, quod et in Concilio Nicaeno fieri, et ap. TERTVLLIANVM, d. l. AMBROS. Serm. LXI, AVGVSTINVM, Ep. LXXX, et alibi, notum. Vtrum uero festum hoc Apostolis coaeum, dubium; nec ullum huius rei certum argumentum proferri potest. Evidem, qui antiquitatem huius diei festi inter Christianos ab Apostolis petunt, locum Actor. XX, 16. in partes uocant, ubi legitur, Sanctum Paulum festinasse, ut, si possibile esset, Pentecosten ageret Hierosolymis. Imo, ipse Paulus, i. Corinth. XVI, u. 8. ad eosdem scribit, se usque ad Pentecosten Ephesis com morari uelle. Verum incertum omnino est, utrum utroque in loco Iudeorum Pentecoste, an noua Christianorum allegetur: et festinasse omnino etiam potuit Paulus ad Pentecostes festum, licet Christianorum festum non fuerit, quoniam ad Pentecosten

D

Iudai-

Iudaicam ingens hominum Iudeorum multitudo conueniebat, aequae ac ad festum Paschatos; quos, occasione uti uolens Paulus, erudire cupiebat in urbe Hierosolymitana. conf. QVENSTED. d. I. C. XI, n. 5.

11. p. 179. CALVOERII *Ritual. Eccl. P. 2. Sect. 2. C. 34.* Sub finem seculi XI; a Constantiensi Episcopo constitutum esse, ut festum Paschatis tribus diebus, totidemque Pentecoste, celebraretur, cum antea Pascha integrum octiduo, et Pentecoste unico die, ageretur, tradit HILDEBR. de *sacris publ. et diebus Fest. primit. ecclesiae.*

12. Desiderat uero Clar. CALVOERIVS, d. 4. classificorum fidem auctorum, qui cum non indicentur ab Hildebrando, in medio hanc sententiam relinquit. Sed tamen incidimus in BERTOLDI, *Presbyteri Constantiensis appendicem ad Hermanni Contracti, Chronicum, quod apud Vrftissimum, T. I, extat, ubi, ad A. c. LXIII, tradit, Gebehardum Constantiensium Episcopum, ex episcopali autoritate, et apostolica legatione: (nam legatus fuit sedis apostolicæ per totam Teutonicam terram usque quaque) magnam Synodus Constantiae, in hebdomada maiore ante Pascha, cum Abbatibus, et Clericis innumerabilibus, et cum Ducibus et Principibus Alemanniac, celebrasse, statuisseque, ut, tam in hebdomada Pentecostes, quam in hebdomada Paschali, tres dies tantum festiu celebra-*

13. rentur. Nam, usque ad illud tempus, Constantiensis Episcopatus morem Comprovincialium non est fecutus, uidelicet integrum septimanam in Pascha, et unum diem tantum in Pentecoste, obseruando: quamvis utraequae septimanæ eiusdem obseruationis esse debuerint, et quamvis alii Episcopatus pene omnes praedictam constitutionem iam ab anti-

que

quo tenerint. Transtulerunt hunc locum collectores Conciliorum in sua syntagma, prout videre est apud Labbeum, et Cossartum, Tom: X. p. 497. Vti uero ^{14.} multa alia ex Synagoga Iudaica ad Christianam ecclesiam transferunt, quod ex ipsa institutione festorum Christianorum, sacerdotio, habitu sacerdotali, etc. apparet, ut late exequitur VITRINGA in opere nobili de Synagoga Veteri: ita etiam, procul dubio, ex Iudeorum institutis illud ad Christianos perlatum est, ut in Pentecostali festiuitate frondibus arborum, uel arborebus, imo, et herbis, et floribus, templâ sua, aedesque priuatas, exornarent. Quam rem etiam forte iuuit Maialium, et floralium ritus, apud multas gentes usu receptus, quod pluribus persequitur laudatus KOENIGSMANNVS, eruditiss. Dissert. de antiquitate et usu Betulae Pentecostal. §. 2. Vti uero uarii arborum ^{15.} generis, ut, quercuum, abietum, tiliarum, hac in parte usus frequens fuit; ita in regionibus septentrionalibus, betularum usus maxime commodus est usus, quae ubiuis fere in Germania nostra, ubi illarum copia est, instituto huic destinatae sunt. Mos uero ^{16.} hic antiquus, neque praeceps aduersans diuinis, tolerari potest utique, et retineri in ecclesia; cum et per illum moneantur homines Christiani, ut, dum, ita templa, aedesque priuatas exornari, uident, solliciti sint de cultu templi interioris, quod habitaculum est Spiritus Sancti ^{1.} Corin. VI, 19. quo digne recipiant hunc hospitem ac foueant, nec iterum expellant. Admonendi autem sunt etiam auditores, ^{17.} ne existiment, his rebus externis cultum internum,

D 2

et

audib

et ueram Pentecostalis festi celebrationem , absolu ,
quo in errore pars maxima tulgi esse soler . Inter-
rim tamen negari haud potest , ritum huncce , cum
nullo praecepto diuino innitatur , ad res mere in-
differentes pertinere ; atque ita etiam iterum tolli
posse , nullum dubium est , *conf. Praef. Iur. publ. prud.*
C. XLII. s. 15. Quod a potentissimo nostro Rege fa-
ctum esse hoc anno , omnes nouimus , qui in his regio-
nibus commoramus . Occasionem dedit penuria ligni ,
quae in his terris passim se prodit , auctaque hyeme su-
periori uiuentorum , qua maxima arborum copia fra-
cta est , atque euulsa , tantumque datum damnum , uix

- 18. ut per multos annos id reparari possit . Animaduer-
sum quippe est , magnam ligni copiam , per abscissionem
betularum , tempore Pentecostes perdi , et ea-
rum quidem inimaturarum , quae , cum tempore , si
ad aetatem iustam peruenissent , maiorem potuissent
utilitatem praebere ; furtis etiam lignorum occasio-
nem ex hoc ritu nasci : quod omnes norunt , et ex-
periuntur illi , qui fundos possident , syluis caedui-
s instructos . Ut incommoda taceamus , quae coniuncta
sunt cum hocce modo templa exornandi , quod
sicil . obfcurentur aedes sacrae , efficiaturque , ne fa-
cerdos , in umbone stans , oculis auditorum pateat ,
effluvia betularum catharros excitent , uermiculique ,
20. illis adhaerentes , molestiam creent . Nihil interim
decedit solemnitati Pentecostali , ueroque cultui Spi-
ritui S. sacro ; aliaque ratione etiam homines admo-
neri possunt , ut officia expleant , quae diximus , ne-
que adeo praeclite opus est monitoribus hisce , fron-
dibus

dibus scil. betularum. Laudanda uero simul est cura et benignitas potentissimi Principis, qui noluit, aedituis, aliisque, quorum commodo hae betulae, templis illatae, cesserunt huc usque, aliquid decedere; atque ideo constituit, ut illi, quorum sumptu alias betulae hae, uel, ex quorum fundis, afferendae fuerunt, pro diuersitate locorum, aliquid pendant aedituis etc. id quod omne pluribus cognosci potest ex Mandato, et Rescripto, Regii, quae subiicere uisum est. Experi-
murm, in ordinatione Forestali, et Sylvestri Saxo - Go-
thana, et Altenburgica, punto X, §. 6. prospectum
etiam esse, ne aduictione, et uenditione betularum, in
oppidis et pagis, noceatur publico commodo sylvestri.

21.

Maj / Friedrich Augustus / von Got-
tes Gnaden / König in Pohlen ic. ic.
Entbiethen allen ic. Und fügen denenselben hiermit zu wissen :
Demnach bisshero über den Holz-Mangel so von Zeit zu Zeit sich
vermehret / Klage geführet worden / Und Wir befinden / daß
das Hauen derer Mayen / so alle Jahre zu zwey auch wohl mehr
mahlen in die Kirchen und Häuser / auch für diese letzteren /
zumahl an denen Schenken / gesetzet / und so gar ganze
Sommer- und Laub - Hütten davon gemacht worden / Darzu
nicht wenig contribuirt / Indem mehrentheils nur die jungen
Stamm-Hölzer und Wipfel ab / und denen Birken das
Herz-Blatt ausgehauen wird / darvon hernach selbige nicht
mehr über sich wachsen / sondern nur verfladdern / dadurch
denn denen Waldungen und Gehölzen ein grosser Schade
und noch mehrerer Abgang zugezogen wird / Und Wir die-
sem

D 3

demnach aus Landes väterlicher Vorsorge für Unsere Unterthänen / und damit auch in künftigen Zeiten die Nothdurft an Holze zu haben / Uns solches Meyen- Hauen und Schen / als eine unnothige Sache / in Unserm Thür- Fürstenthumb / und sämtlichen incorporirten Landen / gänzlich zu verbieten / und abzuschaffen / entschlossen ; Als haben Wir diese Unsere wohlgemeinte Resolution durch dieses offene Mandat ins Land bekannt machen / und Krafft dessen hiermit verfügen / und anbefehlen wollen / daß in Zukunft niemand / wer der auch seye / sich unterstehen solle / dergleichen Mayen / zu obigem Enzde / weder in Unseren Waldungen / noch auch Unserer Vasallen / und Unterthanen / oder auch Pfarr- und Gemeinde-Behölzen und Püscheln abzuholen / oder anderen es zu verfatten / bei einem kleinen Schock Strafe / welche vor iedes Stück von demsenigen / so wider diese Unsere Verordnung gehandelt zu haben / betreten / oder sonst überführt werden wird / unnachbleiblich eingebracht werden soll / Hingegen Wir dasjenige / was zu pfleglicher und unumgänglich nöthiger Nutzung des Hauses Wirths / gebraucht wird / hierunter nicht verstehen ; Maassen Wir auch dieserwegen so wohl an Unsere Cammer / damit sie das nothige an die Forst-Bedienten verfügen möge / als auch an Unser Ober-Consistorium / umb sich auch ihres Ortes darnach zu achten / und denen Glöcknern / welchen dadurch etwas von ihren Accidentien entgehet / etliche Groschen / als ein Aequivalent aus dem Kirchen- Vermögen / iedes Ortes reichen zu lassen / bereits Befehl ertheilet haben . Wir begehrten und verordnen demnach hiermit / an alle Unsere obenberührte Vasallen / Beambten / Gelehrts- und andere Unter- Obrigkeiteten / auch sonst iedermänniglich / ernst und nachdrücklich / sich darnach allenhalben genau zu achten / das benötigte hierzu ungefähr zu verfügen / darauf scharfe Ufficht haben / und darwieder in keinerley Wege handeln zu lassen / noch hierunter etwas zu verhängen / oder zu gestatten /

ten. Des zu mehreren Ubrknd haben Wir dieses Mar-
dat mit Unserm Königl. Chur-Secret bedrucken lassen / So
geschehen und geben zu Dresden / am 21. Februarii,
Anno 1715.

P. P.

Hennach Wie besunden / daß dem bishero eingerissenen
Mangel an Holze / das denen Walbern und Gehölzen
so schädliche Birken und Mayen hauen nicht wenig
beygetragen / Alß haben Wir solches in unsern Chur-
fürstenthum und sämtl. Landen gängl. abzuschaffen / für gut
angesehen / und deswegen Unserer Landes Regierung Befehl
gethan / Diese Unsere resolution in das Land zu publicieren /
und zuverfügen / daß in zukunft niemand / wer der auch sey / sich
unterstehen solle / dergleichen Mayen weder in Unsern Wal-
dungen / noch auch Unserer Vasallen und Unterthanen / oder auch
Pfarr- und Gemeinde - Gehölzen und Büschchen abzuhauen /
oder andern es zuverstatten / bey Einen neuen Schock Straffe /
welche auff iedes Stück von Demjenigen / so wieder diese Un-
sere Verordnung gehandelt zu haben / betreten oder sonst über-
führt werden wird / unachbleiblich eingebbracht werden solle /
Begehren dennach hiermit gnädigst / ihr wollet diese Unsere
wohlsbedächtig gefasste und dem Lande zum besten gereichende
resolution / denen unter euch stehenden Superintendenten / und
Inspectoribus kund thun / und sie / daß sie sich hiernach gehor-
samst achten / in zukunft keine Mayen mehr in der Kirchen
sezen lassen / auch denen sämtlichen unter ihre Inspections
gehörigen Pfarrern in Städten und auff den Lande solches
mit Nachdruck untersagen sollen / behorig bedeuten. Anlangen-
de hingegen das aequivalent / welches denen Glöcknern und
Schul-

Schulmeistern / die es hergebracht / und mit Recht praeten-
diren können / diesfalls vor den Abgang ihrer accidentien jähr-
lich zu reichen / verbleibet es / wo die Hergabeung der Mayen
selbst / oder das Geld darzu bisf daherr von Patronis / Ge-
richts Obrigkeit / Dotalen / oder Gemeinden geschehen müssen /
bey dem Herkommen / sowohl ratione derer / so die Mayen
bisfher geschaffet / als ratione quanti / daß sie denen Glöcknern
und Schulmeistern gereicht / nochmahlis billich ; Wo aber das
Bedürfnis aus den Kirchen - Vermögen genommen worden /
lassen wir geschehen / daß zu angeregten aequivalent / daraus
für solche Mayen in denen grossem Städten Sechzehn Gros-
chen / in denen kleineren zwölff / und auff den Lände Acht Gros-
chen / ein mehrers aber nicht / von ieder Kirche gezahlet wer-
den möge / inmassen ihr denn auch hierüber allenthalben
gehörige Verfügung zu thun habet. Daran ic. sc.

Datum Dresden am 3. Aprilis

Anno 1715.

Ad Consistorium Vitembergense.

T A N T V M.



COROLLARIA.

I.

Procurator in rem alienam, qui alium substituit, propter hanc substitutionem etiam obligatur causae sive actionis domino; quarenu^s scilicet in ipsa substitutione, et substituti electione, dolum uel culpam aliquam admisit.

II.

Si uero nihil horum imputari potest substituenti, ipse quidem etiam obligatur, sed non propter substitutionem, quam licite, uel ex domini uoluntate, uel ex legis concessione, fecit, nec propter dolum, uel culpam, quibus ipse caret; uerum tantum eam ob causam, quia substituens, ratione damni, a substituto dati, habet actionem contra substitutum, atque sic saltem ad cedendas actions.

III.

Causae seu actionis domino, contra ipsum substitutum, summo iure, nulla actio competit: quia per liberam personam alteri obligatio non acquiritur.

IV.

Quia tamen procurator substituens ex re et nomine domini contrahit cum substituto, recte inde

E con-

1706.

concluditur, domino aduersus substitutum utilem
mandati actionem competere.

V.

Imo, cum per mores hodiernos, tertio, per pactum, inter duos initum, ius etiam et actio acquiri possit, si modo ille tertius uerbis, uel factis, pactum illud ratum habuerit, nec ante hanc ratihabitionem, uel acceptationem, pacificentes ab eo recesserint: non male defenditur, domino negotii non saltem utilem, sed etiam directam hodie competere actionem, ad uersus substitutum.

VI.

Vter uero prius conueniens substituens, aut substitutus; atque, num substituens, prius in ius uocatus, beneficio excussionis uti queat, non adeo expediti juris esse uidetur. Non tangit hanc quaestionem Lauterb. in Dissert. de procuratore substituto. Pro substituente facit tamen arg. ex L. f. C. de diuid. tutel. L. 6. C. arbitr. tutel. L. 39. §. II. ff. de administr. et pericul. tutor. it. ex L. I. 2. C. quo quisque ordine conueniatur, petita: secundum quos textus ille prius excutiendus, qui culpam admisit. Atque ita iudicatum est in S. P. in causa A. M. G. u. H. et A. F. B. Dass Bekl. zuförderst den substituirten Anwalt/ und/wenn dieser nicht soluendo, den principal Gevollmächtigten/ zubelangen/ und zu excutiren schuldig. Non delunt, quae opponi possunt: Sed de his in conflictu.

❧ (o) ❧

Wittenberg, Diss., 1716

X-230 9006

ULB Halle
005 708 532

3



B.I.G.



1716 12 a/14
PICIIS PRINCIPIS REGI 200
INI
ICI AVGVSTI
N. HEREDIS ETC.
NIFICIENTISSIMI
VITEMBERGENSI
ATIONES
CA
MOSYNARVM
OLLECTARVM
VM TEMPLORVM
RVM PENTE-
VM ETC.
SIDE
O HORNIO IC.
ET PRINC. ELECTOR. SAXON.
VM SENATV CONSILIARIO,
INARIO SENIORE ET
CANO
O ICTORVM
M DCC XVI
PROPONIT
ACK. VITEMBERGA - SAXO.
SAMVELIS CREVSIGH.